



FIESTA DE NUESTRO SEÑOR JESUCRISTO REY

Epístola Col. 1.12-20

FRATRES: Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine, qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis sua, in quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissionem peccatórum. Qui est imágo Dei invisibilis, primogénitus ómnis creatúræ; quóniam in ipso cóndita sunt univérsa in coelis et in terra, visibília et invisibília, sive throni, sive dominatiónes, sive principátus, sive potestátes: ómnia per ipsum et in ipso creáta sunt: et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. Et ipse est caput córporis Ecclésiæ, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis: ut sit in ómnibus ipse primátum tenens: quia in ipse complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre; et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, pacíficans per sánguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in coelis sunt, in Christo Jesu Dómino nostro

Hermanos: Gracias damos a Dios Padre, que nos ha hecho dignos de participar en la luz, que nos ha arrebatado del poder de las tinieblas, y nos ha trasladado al reino de su Hijo muy amado, en quien, por su sangre, tenemos la redención, la remisión de los pecados. Él es la imagen del Dios invisible, primogénito de toda la creación, porque en él han sido creadas todas las cosas en los cielos y sobre la tierra, el mundo visible y el invisible, tronos, señoríos, principados, dominaciones, todo ha sido creado por él y para él. Es anterior a todo y todo subsiste en él. Él es también la cabeza del cuerpo: de la Iglesia. Como quien es principio, primogénito de entre los muertos, para que en todo tenga él la primacía, pues plugo al Padre poner en él la plenitud y reconciliar por él, que ha restablecido la paz en la sangre de su cruz, todo lo que existe sobre la tierra y en los cielos, en Cristo Jesús Señor nuestro.

GRADUAL Ps. 71. 8-11

D OMINÁBITUR a mari usque ad mare, et a flumine usque ad términos orbis terrárum.

Ÿ. Et adorábunt eum omnes reges terræ: omnes Gentes sérvient ei.

Dominará de mar a mar, y desde el río hasta los confines de la tierra.

Ÿ. Todos los reyes se prosternarán ante él, y le servirán todas las naciones.

ALELUYA Dan. 7. 14

ALLELÚIA, allelúia.

Ÿ. Potéstas ejus, potéstas ætérna, quæ non auferétur: et regnum ejus, quod non corrumpétur. Allelúia.

Aleluya, aleluya.

Ÿ. Su dominación es una dominación eterna, que no pasará; y su reino, un reino que jamás será destruido. Aleluya.

+ EVANGELIO +

Jn. 18. 33-37

IN illo témpore: Dixit Pilátus ad Jesum: Tu es Rex Judæórum?

Respóndit Jesus: A temetípso hoc dicis, an alii dixérunt tibi de me?

Respóndit Pilátus: Numquid ego Judæus sum? Gens tua, et pontífices tradidérunt te mihi: quid fecisti?

Respóndit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei útiquè decertárent tu non tráderer Judeis: nunc autem regnum meum non est hinc.

Dicit ítaque ei Pilátus: Ergo Rex es tu?

Respóndit Jesus: Tu dicis, quia Rex sum Ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti: omnis qui est ex veritáte, audit vocem Meam.

En aquel tiempo dijo Pilatos a Jesús:

¿Eres tú el Rey de los Judíos?

Respondió Jesús: ¿Dices tú eso por cuenta propia o te lo han dicho otros de mí?

Replicó Pilatos: ¿Qué? ¿Acaso soy yo judío? Los de tu nación y los pontífices te han entregado a mí; ¿qué has hecho?

Respondió Jesús: Mi reino no es de este mundo; si de este mundo fuese mi reino, mis gentes hubieran luchado para que no fuera yo entregado en manos de los Judíos; pero mi reino no es de aquí.

Replicóle Pilatos: ¿Con que tú eres rey?

Respondió Jesús: Tú lo dices .Yo soy Rey. Yo para esto he nacido y para esto he venido al mundo, para dar testimonio de la verdad; todo aquél que pertenece a la verdad escucha mi voz.